



**Venatio Sacra. Sive Puer Amissus**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia XI. B. Virgo dolore saucia ambigit, vbinam puer fugam explicit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](#)

Omnibus vñus amor nam perstat, & errat in oris;  
 Cui leue ceu punctum, sit breue mundus iter.  
 Excute Virgo sinum, sinus haud vacat orbus IESV;  
 Quem foris indagas, nescia corde tenes.

## ELEGIA XI.

B. Virgo dolore saucia ambigit, vbinam  
 puer fugam explicet.

1. *Suaniter B. Virgo expostulat cum suo filio.*
2. *Varios pueri forte labores describit.*
3. *Timorem suum è cuiusvis rei occursu depingit.*
4. *Triste augurium de futurâ filij morte præsagit.*

**B** Lande puer, spinis qui me crudelibus vris:  
 Elos modo delicijs aureus illè meis ;  
 Euge redi, nec lude diu mi Gnatæ parentem ;  
 Ludere si fidji latus amoris erit.  
 Non puer id, pueriue sinat, mihi crede, voluptas ;  
 Nedum fraus tenero digna sit ista Deo.  
 Sed tamen ignotus fugis, ignarusque laboris :  
 Hinc error puerum fors gravat, inde labor.  
 Quis scit an vmbrosæ rудis vt stetit aduena Syluæ,  
 Ille latus molli molle reclinet humo ?  
 Aut vbi iam fontem, liquidosque è fonte susurros  
 Auribus ac oculis hauserit, inde bibit ?  
 Aut certè vt puer est, & imago simillima florij  
 Lectiūrā auricomis lilia mista crōcis.  
 Hinnuleoūe adludit amans, blandoque sciuro,  
 Absterretque truces quo micat igne, feras.  
 Siue celer celeri terit ocyor ibice rupes,  
 Desertoue trahit peruagus orbe moras.  
 Forte calens hospes Memphisq[ue] squallet arenas.  
 Forte natat pernox amne papyrifero.

Forte

Forte Libyssa tener Garamantide glarea terrâ :

Sarmatis Arctoo fœrs tener Vrla polo.

Forte Palæstinas tener ille viator ad arces

Ad surgit domino, qui premit astra, pede.

Forte tenet Thrace, Græis contermina campis;

Bistonis Ægæas quâ vehit vnda rates.

Sine pari librat fontes, & flumina ripâ,

Siue graui nixam pondere fundat humum.

Aureaue astrigeris intexit fræna quadrigis,

Et rapit igni pedes fulua per astra rotas.

Si non dura pati malit, mortisque dolores,

In pretium mundo quo sit emenda salus.

Quot timor inde ferit spinoso pectoro curas !

Ipsa feram, IESV S quæ mala ferre velit.

Damula si qua tremit latrantes infer & hastas

Triste mei luctus omen opinor habet.

Si tremulo folio Zephyritide ludit in alâ.

Siue Napæa gemens, sibila siue Dryas ;

Si qua bidens balat desertis sola fruetis.

Arque vñular sæuas bellua rauca minas.

Spesque, metusque pari dubium cor ventilat aurâ.

Et trahit alterno mistus amore dolor.

Ne qua sacrum metuo bibat impia spina cruorem :

Si modò non, certè post ea noxa manet.

Forte lupos inter, meus inter & ingemet vñlos

Agnus, inexperto qui pede lustrat iter.

Hæc modò primitiæ, vel pignora prima doloris,

Hæc mihi venturæ prævira tela necis.

Si pueri fuga sicut torquer, floisque integer æui ;

Quæ de morte viri spinea messis erit ?

Spinea messis erit, quam plurimus imbuet imber:

Sed mistus lacrymis hoc fluet imbre crux.

## ELEG. 12.